

AD LECTOREM.

hunc scopum per scientiam atque eruditio-
nem , cui acquirendæ omnem im-
pendunt operam , facilius se pervenire
posse credunt ; parum interim pensi
habentes , quomodo vel suæ , vel alio-
rum conscientiæ consulatur . Ergo-
ne , inquis , ad solidam scientiam ad-
spirare , in vitio possum est ? absit hoc !
tantum enim abest , ut ad veram scien-
tiam contendere , reprehensionem
mereatur , ut potius non raro sine eâ
sive propriæ , sive aliorum conscientiæ
succurrere satis vix liceat : id quod in-
primis verum esse arbitror de illis ,
qui SS. Theologiæ suam addixerunt
operam , ut vel ad officium sacrum
contendant , vel recens ad illud ad-
moti sint , his enim sicut varij obve-
niunt casus , qui saepe conscientiam
turbant , & variis dubitationibus im-
plicant ; ita , quomodo se sine scien-
tiâ